



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 6. Quàm sit pretiosa mors Sanctorum, Sadoth declararuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

nunt in hac vita, ut mortis effugiendæ causa, quiduis agere, quiduis pati; & vel religionem ipsam, omniaque sacra & profana vendere velint; nihilq; magis quād mortem abominentur. Est enim *mors pessima peccatorum.*

Psal. 33. 28

## §. VI.

*Quād sit pretiosa mors sanctorum, Sadoth declarauit.*

At pauperum *mors pretiosa, quia ipsorum est regnum celorum.* Hinc mortem non for-  
midant, sed sperant, tamquam ianuam fe-  
licitatis. Simeoni Episcopo & martyri, suc-  
cessit in officio Sadoth, apud Persas Chri-  
stianorum persecutores; cui quale ostentum  
sit visum, ipse clam ad se conuocato clero  
in hunc modum exposuit. Vidi, hac nocte,  
fratres, per somnum, scalas à terris usque  
ad cælum splendide erectas. Ad verticem  
earum, in cælo, consistebat, clarissima in-  
luce refulgens inclitus martyr SimeonEpi-  
scopus; is me ad pedem scalarum in terris  
stantem, ita compellabat: *Ascende ad me*  
*Sadoth, ascende, ne timeas: ego enim heri as-*  
*cendi, tu autem cras asciendes.* Quod ego ita  
accipio, ut existimem, sicut ille priore anno  
pro Christo mortem oppetiit, ita me hoc  
anno

Psal. 115.

15.

Matth. 5.

3.

Surius ex

Metaphr.

20. Febr.

## 238 Cap. IX. Diuitum, &amp; pauperum

anno, pro eiusdem nomine sanguinem profusum. Hæc vbi dixit, cœpit etiam diaconos ac presbyteros præsentes ad mortem fortiter patientia his verbis adhortari. Fratres mei dilecti & Patres, Deum amemus extatta anima, & Dominū Iesum Christum extollente: & indui lorica fidei non timebimus omnem malum. Mors autē & cædes si ad nos venierit, non formidemus, sed unusquisq; nostrū bellum gerat pro viribus, & decertet, ut perfectus athleta. Nam siue moriamur, moriemur ut perfici: siue vinamus, vinemus ut insti. Quod etiam moriamur, moriamur propter nostrum Salvatorem Iesum Christum. Cū ergo ensiderit vitam, adeste, & eum rapiamus. Et quoniam micat gladius, aeterna vita opes nobis comparemus. Quād diu enim est dies, celeri pede pergamus ad mansionem regni caelstis, ut abundantiorem honorem, & gloriam aeternam conseqnamur, & omni futura generatione vobis nomen & gloriam relinquamus. Fratres, oremus Deum nostrum, ut citò nobis impleat hanc visionē. Nam cum gaudio & desiderio, & magno amore accipit spiritualis aduentum talis moris: neq; timuerit aliquis, qui fuerit preparatus. Carnali autem est terribilis, & formidandus eius aduentus. Spiritualis non timet mortem,

vi

ut qui vitam possideat spiritalem. Carnalis vero caligat, & tremit, ut qui carnale vitam habeant. Qui sunt viri boni, prompti, & alacri animi studio, talem mortem persequuntur, ut ex ea vitam aeternam possideant. Qui sunt autem ignavi & pigri, iij, eâ visâ, se abscondunt. Qui Deum diligunt, ad Deum excesserunt. Qui vero mundum, manent in mundo. Illi quidem resoluti ad letitiam, & exultationem, hi autem ad afflictiones, & suspiria. His verbis S. Sadoc se, & centum viginti octo de clero, ita accedit, ut omnes, sub Sapore, laetantes, & cantantes, & Deo gratias agentes, cœnati ad mortem current. Nam ferro, non affectu alligati, à paupertate sua, ad cœlestes diuitias, liberè, sponteque properauerunt.

## §. VII.

Pretiosa Blesillæ & S. Ioannis Eleemosynarij,  
pauperumq; mors.

De Blesillæ viginti annorum viduæ morte ita matrem Paulam consolatur D. Hieronymus. Lugeatur mortuus, sed ille, quem gehenna suscipit, quem tartarus devorat, in cuius poena aeternus ignis astuat. Nos quorum exitum Angelorum turba comitatur, quis obuiam Christi occurrit: grauenur magis, si diutius in tabernaculo iste mortis habitemus.

D. Nic-  
ron. in  
vita S.

*Quia*